INNOCENTIVS PP. XI

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Marbio 27 (88)

Dilecte fili salutem et aplicam ben. Religionis zelus, vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio. Nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti tu qui (ut asseris) in sacro Diaconatus ordine constitutus exis. et fervore devotionis accensus ad reliquum sacrum Pbratus ordinem quantocitius promoveri summopere desideres. Nos igitur te praemissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus et gratiis prosequi volen. et a quibusvis excois suspen. et interdicti, aliisque eccliciis sententiis cen. et poenis a iure vel ab homine quavis occaone vel causa latis si quibus qmolibet innodatus exis. ad effum pntium tantum consequen. harum serie absolven. et absolutum fore censentes. Supplicibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati decernimus ut si et quando tredecim menses tantum tibi de aetate ad id a sacro Concilio Tridno requisita defecerint defectu huiusmodi non obstan. si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum et dummodo tu ad id idoneus reperiaris servatisque aliis servan. ad dictum sacrum Presbyteratus ordinem de superiorum tuorum licentia promoveri et promotus in illo etiam in Altaris ministerio ministrare libere et licite possis et valeas aucte aplica teore pntium dispensamus. Non obstan. constonibus et ordibus aplicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die XXVI. Februarij MDCLXXIX Pontus Nri Anno Tertio

J. Slusius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876791780-11/fragment/page=0001

1679 25 febbraio

Dilecto filio Raphaeli Bidello de
Soroxina ordinis frum Eremitarum
Scti Augustini Congnis Lombardie
professori.

Marbio 27 (88)